



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

CXCVII. Der Rath der Altstadt Salzwedel bekundet die von dem Vicar Werner aus einem Vermögen gemachten frommen Stiftungen, am 22. November 1364.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

CXCVII. Der Rath der Altstadt Saltwedel befundet die von dem Vicar Werner aus seinem Vermögen gemachten frommen Stiftungen, am 22. November 1364.

Nos Arnoldus Clytzeke, Nycolaus Godfcalci, Johannes wytte, magister Thydericus Godfcalci, hinricus molendinarius, Ghylo turitz, henricus wytink, heinricus wyfede, hinricus wopelte, Johannes lathekote, Gherhard Brunowe et Johannes Chuden, Consules veteris Ciuitatis Saltwedel, Presentibus Recognoscimus euidenter protestantes vniuersis, quod discretus vir dominus Wernerus, perpetuus vicarius Altaris sancti Johannis Baptiste In ecclesia Beate marie nobiscum situati, In Remedium Animarum sue, parentum et omnium Decedentium In Ghulda pannicidarum nostre ciuitatis, De proprio suo emit et comparauit In villa Perwer quandam domum cum orto, quam sathake nunc Inhabitat, et duas casae dicte domui proxime adiacentes, Cum omni Censu et hereditario Jure, Quarum omnem censum perpetue vicarie predicti altaris sui adiecit et legauit, per ipsum et successores eius perpetuo Recipiendum. Jus autem supremum Cum Infimo dictarum domi et casarum cum orto nobis et nostre ciuitati ad habendum et possidendum perpetualiter assignauit. De quo tamen censu Prememorati domini Weneri futuris temporibus in perpetuum successores In dicti altaris sui vicaria Singulis Annis in festo decollacionis Beati Johannis Baptiste hystoriam Verba viri sapientis procurabunt apud Rectorum scolarum et suos sodales pedagogos In ecclesia Beate marie virginis solempniter decantari et ipsi Rectori duos solidos et pedagogis duos solidos In eodem festo pro decantacione dicte historie ad manus et manualiter presentabunt anno quolibet Indilate. Preterea hiidem sui successores singulis annis In perpetuum, In omnibus festis Duplicibus et maioribus, scolaribus solempniter cantantibus ad missam awia, Cuilibet vnum denarium et tenenti librum obulum dabunt, ad manus et manualiter presentabunt, videlicet In festo Pasche tres denarios cum obulo, In festo ascensionis domini tres denarios cum obulo, In festo Penthecostes tres denarios cum obulo, In festo corporis Christi tres denarios cum obulo, In festo natiuitatis Johannes Baptiste tres denarios cum obulo, In festo Petri et Pauli tres denarios cum obulo, In diuisione Apostolorum Duos denarios et obulum, In festo beate marie magdalene Tres denarios et obulum, In die Jacobi duos denarios et obulum, In festo assumptionis Beate marie tres denarios cum obulo, In festo dedicationis templi tres denarios cum obulo, In die Bartholomei duos denarios et obulum, In die decollationis Johannis Baptiste duos denarios et obulum, In festo natiuitatis Marie tres denarios et obulum, In die mathei duos denarios et obulum, In festo Michabelis tres denarios et obulum, In die symonis et Jude duos denarios et obulum, In festo omnium sanctorum Tres denarios et obulum, In die martin episcopi duos denarios et obulum, In festo Cecilie Tres denarios et obulum, In die katherine duos denarios et obulum, In die andree duos denarios et obulum, In die thome duos denarios et obulum, In festo natiuitatis Christi Tres denarios et obulum, In die circumcissionis tres denarios et obulum, In festo epyphanie domini tres denarios et obulum, In die conuersionis Pauli duos denarios et obulum, In festo purificationis marie tres denarios cum obulo et in die Philippi et Jacobi duos denarios et obulum. Hoc in dedicatione adiecto, Quod si forsan Rector aut pedagogus scolarum eua vt premittitur decantantium pretenderet tollere uel sibi quomodolibet vsurpare munuscula scolarium prenotata, tunc sepe dicti domini Weneri successores plenam habebunt facultatem dicta munuscula sibi ipsis Retinendi, donec certificentur, quod in vsum manifestum cedat cantancium puerorum. Insuper si successores eiusdem domini Weneri predictos denarios de dicto censu tam Rectori, pedagogis et scolaribus, ut prescribitur, distribuendos annuatim, quorum denariorum simul se exten-

derit ad duodecim solidos, exponere Recufauerint, Ex tunc prouifores dicte ecclesie Beate marie se de dictis domo, orto et casis Intromittere habent potestatem, dictos XII solidos de censu domi, orti et casarum, ut premititur, quolibet anno expositantes et quidquid eis supercreuerit vsui dicte ecclesie Referuantes. Eciam dictus dominus Wernerus assignauit dicto suo altari Quatuor solidos annui census exfoluendos ex quadam Casa in Perwer, quam relicta franconis nunc possidet ad Reparacionem dictarum domi et casarum pertinendos et habendos. In quorum stabile testimonium sigillum nostre dicte Ciuitatis presentibus est appensum. Datum anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> LX<sup>o</sup> quarto, feria sexta post martinj diem episcopi et confessoris.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Salzwedel, Fach 14, Nr. 27.

CXCVIII. Notiz über verschiedene Ablassbriefe für die Glendengilde zu Salzwedel, aus dem 14. Jahrhundert.

Nicolaus, episcopus Verdenfis, Johannes, episcopus Zwirinenfis, Hinricus, episcopus Kyouienfis, Hinricus, episcopus Lanacensis, et frater Arnoldus, episcopus Ortolfensis omnibus et singulis penitentibus, contritis et confessis, qui corpora peregrinorum et exulum intra et extra opidum Soltwedel in campis, vicis et plateis collegerint, et ad ecclesiam deduxerint, missis, vigiliis et exequiis interfuerint, seu qui pro animabus eorum orauerint, vel missas et alias orationes devoti procurauerint, seu manus ad hoc porrexerint adjutrices, ducentos dies indulgentiarum cum quinque karenis, totiens quotiens impleverent aliquod predictorum, de omnipotentis Dei misericordia, beate Marie virginis et beatorum Petri et Pauli Apostolorum consiliis suffragiis de injunctis eis penitentiis relaxamus. Memoria earum solet fieri bis in anno, una dominica post festum exaltationis sancte crucis cum vigiliis et missis et prandio, alia solet fieri dominica Letare cum vigiliis et sequenti die cum missa, et tunc dantur sipes pro defunctis et fraternitate exulum etc. cetera defunt.

Diese zu Anfang einem Ablassbriefe ähnlich sehende Notiz bildet die Rückseite des ersten Blattes eines im Salzwedeler Archive erhalten gebliebenen Liber mortuorum ghilde exulum in antiquo opido Soltwedel. Letzteres enthält ein Verzeichniß der zahlreichen Mitglieder dieser Bruderschaft, wovon der Anfang gleich Interesse erregt, indem dasselbe anhebt:

Prouest Bertrammes hockes to Soltwedele.

Prouest Berteldes van dambeke.

Margreue lodewich des romers.

Margreue lodewich.

Her Gumpertes van wantfleue et Beata eius uxor.

Prouest ludelues to soltwedel.

Prouest guntzels to soltwedel.

her Bollen van bertensleue.

Boden van dem knesebeke, Bodo filius eius et hans de knesebeke.

her Jan parfowen.